



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XXVIII. Marcolphvs Elector XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

tia ob fidem sibi constanter præstitam privilegiis variis donavit, Princeps civium amantissimus, & Pastor ovium vigilantissimus per annos sedis 28. sub Pontificibus Paschale II. Gelasio II. Calisto II. Honorio II. & Innocentio II.

### XXVI. ADELBERTVS II. ELECTOR X.

**A**delbertus II. Adelberti I. ex fratre nepos, patrum potissimum meritis adscriptis haud immerito sui in Archipræsulem Moguntia electionem. Ab Innocentio II. Romam evocatus venit hospes Italis perquam gratus. Conrado III. Cæsari modico tempore contrarius, tantum deinde placuit, ut Adelberti consiliis persuasus Palæstinam cum exercitu petere decreverit; quam expeditionem dum adornare pro viribus cœpit, conatus mors omnes elusit, rapiens annorum 3. Archipræsulem, sedente etiam tum & dolente mortem Adelberti Innocentio II. Pont.

### XXVIII. MARCOLPHVS ELECTOR XI.

**M**arcolphus Aschaffenburgensis Ecclesie Præpositus meritis suis id consecutus est, ut in Moguntia solium evocatus tuto sedere potuisset, nisi mors quamprimum fecisset periculum, quæ nimirum citius præcipitavit in tumulum Marcolphum, quam Romam missum impetravit pallium, vix unius anni Elector an. 1142. sub Innocentio II. jam mortuus.

### XXVIII. HENRICVS I. ELECTOR XII.

**H**enicus I. ex Præposito, uti sæpe vocant, majoris Ecclesie Moguntinae propter insignem virtutem magis, quam natales haud illustres, in Electorem delectus, displicuit multis ob rem, ob quam merito placere potuisset: vitia nimirum dum in sese & subditis præsertim Canonicis detestatus est ardentius, sceleris ipse per summum nefas insimulatus, & à duo-